20.

DISSERTATIO

PHILOSOPHICO-PHYSIOLOGICA INAUGURALIS

DE

NATURA PHYSICA ET MORALI RATIONE ÆTATUM ATQUE SEXUUM,

QUAM, ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORS MAGNIFICI

JOANNIS GUILIELMI GARNIER,

MATHESEOS MAGISTRI, PHILOSOPHIÆ NATURALIS DOCTORIS,

ORDINIS MATHEMATICI ET PHYSICI PROFESS. ORDINARII.

NEC NON

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO,

CORAM TOTO SENATU ACADEMICO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA REGIA GANDAVENSI,

RITÈ ET LEGITIMÈ CONSEQUENDIS,

PUBLICÈ DEFENDET

Isidorus Lactouw, Noviomagensis.

DIE 5 AUGUSTII MDCCCXXIII, HORA XI.

GANDÆ, TYPIS A. I. VANDER SCHELDEN, IN PLATEA DICTA ONDERSTRAETE.

PATRI OPTIMO.

Matri Amantissimæ.

FRATRI SORORIQUE CARISSIMIS.

Patruo G. Latour, chirur. doct. Insulis

NEC NON G. BERT,


Athænæi Regii Bruxellensis eleemosinario.

HASCE STUDIORUM PRIMITAS DICAT VOVETQUE


Auctor.

La Philosophie a eu tort de ne pas descendre plus avant dans l'homme physique ; c'est là que l'homme moral est caché : l'homme extérieur n'est que la saillie de l'homme intérieur.

DUPATY, 33.[e] *lettre sur l'Italie.*



PROOEMIUM.



Quem in hâc mihi dissertatione finem proposui, non is est, ut mutationum et modificationum quas natura physica et moralis experitur ratione habitâ variarum ætatum atque sexuum strictam analysim instituerim. Quo enim facto, viribus etiam impare, longè ultrà opusculum produceretur quàm usitatos deceat limites. Cæteroquin partem hanc medecinæ philosophicæ satis magnâ luce illustraverunt alii, et nimis valet Cabanis, Bichat et Richerand auctoritas, quàm ut, tyro, questiones à talibus viris tractatas audeam incudi reddere. Suffecerit mihi materias hinc et indè fecundis his ex fontibus haustas collegisse; nam

> Les longs ouvrages me font peur.
> Loin d'épuiser une matière,
> On n'en doit prendre que la fleur. (1)

Neque operam et oleum perdidisse me arbitrabor, si hisce ex elementis totum quoddam composuerim haud indignum quòd clarissimis meis præceptoribus, quorum doctrinæ et institutiones in æternum mente conditæ remanebunt, offeratur.

(1) La Fontaine, Epilogue, liv. 6.

Pars 1.

DE NATURA PHYSICA ET MORALI RATIONE ÆTATUM,

DE INFANTIA.

Infans, si anatomicè et physiologicè consideretur, differentias distinctas ab aliis ætatibus sequentes præbet: systema nervosum latissimè patens, sed minus indies donec crescendi finis fiat; massam encephalicam majoris voluminis, et multò textu cellurari repletam; cujus anfractuositates minus exaratas quàm temporibus posterioribus. Hic æquè dignum est notatu quantùm prævaleat sanguinis rubri systema; Ipsius mobilitas, alacritas, irritabilitas, physiologi oculis sese subjiciunt. Habetur vasorum sanguiferorum capillarium abundantia in omnibus textibus, ita ut sanguis arteriosus, sive sanguis ille qui vitam motumque producit, majorem habeat numerum partium vivificandarum.

Musculi, graciles et debiles, contractionibus vivis et rapidis, quùm incitentur potentiâ nervosâ et admotione sanguinis qui eos, ut ita dicam, suâ vitalitate saturat, insigniuntur. Sanguis exilit è corde et arteriis ad caput inprimis, et omnes ad partes vi eò majori quòd organon propellens magno gaudeat vigore præ cæteris corporis partibus, quòd ejus proprietates vitales ad altissimum intensitatis gradum evectæ sint, et quòd spatium liquido percurrendum haud ita sit extensum, si respicias ad potentiam quâ instruitur, organon centrale vitæ organicæ. Addi valeret cutim maximæ esse tenuitatis, nullumque ferè textum tantæ mollitiei atque sensibilitatis cogitari posse, quùm expansiones nervosæ huic quasi nullo interposito strato applicentur cum capillaribus sanguiferis quæ undique eam penetrant. Denique proprietates vitales, tùm animales, tùm organicæ huic ætati minimè desunt, ita ut non

immeritò dici queat infantem supervacaneum quid habere vitæ quod se effundere quærat. Inde justò asserit Bichatus vitam infantis excessu peccare.

Si physica infantis observatio talia physiologo exhibuerit phænomena, attentione dignum est miram obstinere analogiam inter facultates animi ejus et structuram materialem. Etenim impressiones vividæ, rapidæ sunt, quemadmodum actus. Avidus vivendi et sentiendi, rem alteram, alterâ omissâ, petit. Acer et mutabilis, quodcumque fecerit, omnes admittit corporis motus; diversis objectis diversâ distrahitur attentione; obvia quæque arripit, et arrepta haud secus manus tractant, ac si eorum naturam velint perdiscere; impar evadit affectuum multitudini, et idcircò nihil agit nisi invitâ quâdam et quasi incertâ voluntate ductus. Maxima irritabilitas causa est cur multimodis adficiatur, uno fermè temporis puncto fleat, et rideat. Iræ momento citius collectæ, momento citius succedit lætitia. Huic ætati sensationes potissimùm addictæ sunt. Odoratus et tactus summum in actum ducuntur. Infans veluti penès est sensationes, et nullis immoratur. Ut apis per flores, sic infans per sensationes vagabundus erat. Vitam quasi discit. Tantam hanc affectuum instabilitatem, levitatem, tribuere possemus magnæ organi cerebralis mollitiei, et nervorum sensibilitati.

At quò magis ætas adolescit, eò facultates intellectuales ad altiorem stabilitatis gradum assurgunt. Ingens fit memoriæ complexus; munus suum exercere incipit imaginatio. Locum habent mutationes nonnullæ statûs physici, præsertìm ab anno ætatis septimo ad decimum quartum, quæ epocha est adolescentiæ aut si mâlis alterius infantiæ. Sed hanc distinctionem repudiare, et tam similes sibi invicem epochas in unam confundere satius esse duxi. Hoc tempore, inquam, fixiores esse incipiunt impressiones, judicium partes suas jàm implet, memoria latior in dies evadit, collectas idæas componit accuratius, attentio validior et constantior rebus et objectis quibus allicitur diutiùs inhæret. (1) *C'est alors qu'il s'établit entre l'enfant et les êtres sensibles des rapports véritablement moraux. Son jeune cœur s'ouvre déjà au sentiment généreux de l'humanité, aux affections touchantes de l'amitié.*

(1) Cabanis, Rapports du Physiqne et du Morale.

Ætas est innocentiæ. Puer miro quodam et jucundissimo amandi instinctu locuples juventutem intrat.

> Chaque objet me ramène à ces aimables jours,
> Où les plaisirs sont vifs, les peines sont legères,
> Où l'on croit tous les cœurs généreux et sincères,
> Où l'âme, vierge encor, dans le sommeil des sens,
> Des folles passions ignore les tourmens. (1)

DE JUVENTUTE.

Juventutis epocham intra decimum quartum et vigesimum quintum contineri volunt alii, alii intra exactâ pubertate incipere et produci ad annum ætatis vigesimum octavum. Quocumque modo res se habeat, quoniam non benè perspicuum est discrimen harum divisionum, parvi est momenti utra anteponatur, idque eò magis quòd evidentissimè appareat, diversam esse harum rationem prodiversis individuis. Sat erit memoravisse hâc de quâ agitur epochâ nova phænomema physica apparere, novas modificationes in naturâ morali. De prioribus prius nobis est dicendum. In apricum duxi infantiæ tempore systema nervosum et sanguiferum notam habere præcipuam evolutionem et irribilitatem, cerebrum majoris sanguinis arteriosi quantitatis impulsu insigniri, denique summam esse hoc ætatis tempore facultatem percipiendarum sensationum. Hîc verò finem habet rapidium illud systematis nervosi incrementum; majorem adipiscitur soliditatem et consistentiam. De susceptibilitate si remiserit, vigore intentiori scatet, liquori seminali forsitan tribuendo, qui partes omnes œconomiæ animalis vitalitate novâ penetrat. Massa encephalica duritie notabiliori decoratur. Sanguis arteriosus qui versus caput anteà plurimus, nunc ad pectus cursum intendit et appellit. Itaque pulmones et cavitas thoracica capacitatem amplam acquisiverunt pro phœnomenis vitalibus in hisce corporis regionibus locum habituris. Fibræ musculares multis

(1) Legouvé, Les Souvenirs.

materiis colorantibus refertæ et vitalitate novâ locupletes, vigorem suscipiunt et energiam insignem. Earum formæ masculæ et robustæ liberè apparent, inceditque juvenis sui sibi conscius roboris. Crescit corpus, secundùm altitudinem præcipuè ad annum usquè vigesimum primum. Cordis et vasorum arteriosorum robur ad agmen summamque vim energiæ devenit; vita impetusque horum propellentium, quin etiam vita impetusque ipsius sanguinis oppositam motui circulatorio solidorum vim semper magis magisque crescentem non difficilè vicerunt. Actus quilibet œconomiæ animalis exercetur plenè, miro quodam modo et alacritate. Corpus robur, membra naturalem suum leporem induunt. Varii alii vitalitatis novæ foci accenduntur quibus ad perfectionem et maturitatem suam adducuntur organa genititalia. (1) *Aussi les caractères généraux qui distinguent les deux sexes sont-ils bien prononcés, et il n'est plus permis de les confondre.* Suam mutationum harum partem habet vox, validior quippe et altior facta. Mentum, cavitates axillares, pubis, pilis adumbrantur. Denique ut paucis absolvam, phænomena physica tantum hocce temporis momento vigorem et impetum nacta sunt, ut illæ dicendi formulæ, flamma juvenilis, fervor juvenilis, observationi simplici debeant originem suam, nedum poeticæ quædam, ut arbitrantur, phantasiæ.

Quùm ad hunc perfectionis gradum corpus nostrum pervenerit, corroboratis et ad supremum ut ita dicam adductis quasi viribus, non mirum est leges morales memorandam æque mutationem atque metamorphosin expertas esse, mutabilemque nec dum satis certam infantiæ indolem, firmum nescio quid et virile concepisse. Nusquàm aliàs suì minus compos homo est. Ultra sphæram normalem continuò vehitur. Urgent eum animi pathemata; quorum imperio quasi regitur. Non aliàs majore fervet æstu cupiditatum. Si bello studeat, nullus virtuti modus; non regit consilium vires, quin per maxima pericula cæco furore ruat. Sanguinis animæque si sit prodigus, non minus amicitiæ atque fidei, et quemlibet arcanorum suorum participem facere gaudet, adeò prodigentiam naturalem ut ut aspiciat. Promptus, acer, imò in incæptis teme-

(1) Richerand, Physiologie, tom. 2, *Des âges.*

rarius, obstaculorum nescius. (1) *C'est alors que les passions commencent à exercer leur empire orageux, c'est alors que tous les objets règnent si aisément sur l'âme; rien ne la remue foiblement, comme dans l'enfance, tout la secoue violemment: le jeune homme ne vit que d'élans et de transports, heureux quand ses transports ne l'entrainent que dans la route qu'il doit parcourir!* Voluptatum avidus, nullo non eas sibi parat modo; cupidus gloriæ et famæ. Amicitiâ quidem atque expansione si differatur, non præstolatur ut acceptarum injuriarum et fidei falsæ ultor evadat. Id potius quærit quod est gratum, quàm quod utile. Imaginatione summâ pollens, fide et erroribus fretus, fortunæ confidit. Decipiendi rudis, ipse sæpè generosus decipitur, quia artum occultarum, fraudumque callidarum negligens incedit. Vanâ sui fiduciâ elatus nihil tàm arduum, quod non sibi facilè arbitretur. Et gloriam et triumphos et omnia læta sperat, nec triste quidquam futurum habet. Non illum jugo facilem et monitoribus docilem deprehendas; vinculis excidat continuò conatur. Assentationis et ignaviæ imperitus, rei cujuslibet inopiam tolerat, quàm divitias et gratias inhonestis abjectisque artibus partas cupiverit. Sublimis et audax, alterum sibi pæstare ne suspicatur quidem. Verbo quodcunque fecerit, sive benè, sive malè, suî impotens, semper ad extrema tendit, et talem se præbere solet juvenis, ut meritò dici queat, juventutem esse in vitâ humana quasi statum quemdam ebrietatis atque vertiginis.

Imberbis juvenis, tandem custode remoto,
Gaudet equis; canibusque, et aprici gramine campi;
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper;
Utilium tardus provisor, prodigus æris;
Sublimis, cupidusque et amata relinquere pernix. (2)

(1) Lacépède, Poétique de la musique, tom. I.
(2) Horatius, *De arte Poeticâ.*

DE ÆTATE VIRILI.

Ut divisionem certam in epochas vitæ servemus, ætatem virilem intra vigesimum octavum et quinquagesimum octavum statuemus. Mutationes physicæ quæ sibi succedunt hocce temporis intervallo dignæ pariter sunt quas observemus. Hactenùs facultates et proprietates vitales ad hanc vel illam partem æconomiæ viventis ferri vidimus, nunc ad caput, nunc ad pulmones. Jàm res secùs sese habent, et clarè apparet æquilibrium vires propellentes inter et vires resistentes, seu inter vim cordis, arteriarum, sanguinis et solida, esse constitutum. (1) *Tous les organes acquièrent alors un dégré remarquable de dureté, de solidité et de consistance.* Dici potest pugnam esse roboris vitam inter organicam atque animalem. Omnes humores magis elaborantur. Multa vasa successivè jàm obliterata fuerunt, parietes et extremitates arteriarum sensim densiores atque firmiores evadunt, suâque in dies flexibilitate privantur, et cedere paulatim dediscunt. (2) *Mais l'énergie vitale s'est accrue dans une plus grande proportion, et les actes de la vie ne sont encore accompagnés d'aucun sentiment de gêne et de travail.* Corpus secundum crassitiem crescit, et omnia viscera ad maximam suam amplitudinem pervenêre. Potentiæ muscularis atque nervosa pari inter se ratione conferuntur, agunt, viribus augentur. Cerebrum etiam majore factum est densitate atque soliditate. Apparatus gastricus maximam suam sibi comparavit evolutionem, et expansionem, dicique valet æquilibrium esse inter omnes partes, omnes functiones organismi. Res in eodem statu perseverant aliquot per annos, quæ idcircò epocha stadium est dicta. At sensim sensimque et pedetentim vires resistentes systematis nervosi actioni, et fluidorum impetui obstare inchoant. Fit mutatio in systemate sanguifero, plethora quæ prius arteriarum, nunc venarum fit. Quæ phenomena præsertim sese manifestant in venâ portarum.

(1) Richerand, dans l'ovrage cité.

(2) Cabanis, dans l'ouvrage cité.

Indè obstructiones et congestiones viscerum abdominalium, et peculiariter lienis et hepatis. Indè hemorihoides, melæna, etc. (1) *Quand l'action de la vie commence à rencontrer de fortes résistances, et le mouvement des fluides à se faire avec moins de facilité, ce sentiment de bien-être qui caractérise la jeunesse, ne disparaît pas tout-à-coup ; mais il diminue de jour en jour.*

Hic opportunum fortè esset pauca movere de variis temperamentis, namque adultâ ætate potissimum innotescunt; sed vereor ne longius ab argumento distrahar. Facto brevi illo compendio mutationum physicarum quæ sese manifestant per hanc de quâ agitur epocham, exponamus modificationes naturam moralem concomitantes.

Nunc animi motus jàm non impetum juvenilem habere neque violentiam, statum et sedem quasi fixiora conservare, rationis nec non judicii imperio refrenari, attentio eis lucis quid esse, utilitatem, non voluptatem normam agendi sumere, nec phantasiæ ludis recreari homo suî compos factus. Fugerunt juvenis lauta somnia et vertigo, pro semetipso agit vir. Severior esse vultus, gravior incessus; magnanimitatis plausibus accipiendæ, bonæ fidei, æquitatis locum invadere ambitio, dissimulatio, amor suì, cupido habendi quæ quo majora possidet eò majora sibi possidenda proponit. Tunc etiam altè in se descendere ingenium hominis, et quidquid tractet maturitatis quasi notâ insigniri, neque affirmare dubitaverim Voltarium, tragædiam suam Mahumetem, si annum natus decimum octavum conscripsisset, non vi eâdem scribendi et cogitandi egregium hoc opus commendabile facturum fuisse.

Ætas adulta pertinet ad callida consilia, ad abjecta, fallaciam, atque, nisi paucos et magnanimos excipias, divitiarum et honorum sibi comparandorum causâ, quispiam omnibus, quorum ope gratiæ sunt defluxuræ, blanditur, profusis eos veneratur laudibus. Demùm proposita ut adispiscatur, artes nunc subtilissimas nunc maximè ignavas alternis vicibus in usum vocat. (2) *D'ailleurs l'homme commence à ne plus se croire invincible, il s'apperçoit*

(1) Cabanis, idem.
(2) Cabanis, idem.

que les moyens sont bornés. Ses idées et ses affections ne s'élancent plus au loin avec la même hardiesse. Il n'a plus cette confiance sans bornes de lui-même, et par une consequence nécessaire, il perd une grande partie de celle qu'il avait dans les autres.

Quâ de causâ nihil egerit, nihilque susceperit, nisi prudentiâ veluti jàm innixus. Et enim prudentia et sapientia imbecillitati mediorum in usum vocandorum comites semper incedunt, et quùm mediis diffidimus nulla ex iis supersunt negligenda, eorum potentia usu magis apposito augenda, omnibus externis auxiliis, per experientiam et observationem collectis, corroboranda. Parcius vivendi, opum in posterum congerendarum tempus adest. Jàm uti juvenilis non procellosa ætas virilis, magis sedatum et tranquillum fluit vitæ fluvium.

Conversis studiis ætas animusque virilis
Quærit opes, et amicitias, inservit honori;
Commississe cavet quod mox mutare laboret. (1)

DE SENECTUTE.

Ad hanc devenimus epocham quâ vitæ vincula incipiunt revelli et imparia se præbere potentiis nec non facultatibus quæ ea in actum ducebant. Sensìm sensimque versus excidii terminum tendit organismus. Indurescit systema nervosum, quasi hebetescit, et multùm ideò de sensibilitate remisit. Densitatem et soliditatem mirandas acquisivit massa encephalica. Systema sanguiferum vim suam et extensionem pro magnâ parte perdidit. Cor eâ non amplius gaudet quam in aliis ætatibus depromebat energiâ, et si ipsum, uti observavit immortalis Bichatus, potentiis externis et nocentibus diutissimè resistat; sagacissimus ille physiologus organon circulationis princeps tanquàm ultimum moriens aspexit. Extremitates arteriosæ sanguine, quo earum capacitas integra conservaretur, privatæ, obliterantur et fiunt ligamentosa. Quas vivificabant partes, torpent, languescunt, atque gangrenâ corripiuntur.

(1) Horatius, idem.

Œconomiæ animali integræ incumbunt temporis devastatoris devastationes; fluida ipsa de vitalitate remiserunt, et magis prona in adulterationem. Musculi, amissâ requisitâ sanguinis et potentiæ nervosæ copiâ, contractilitatem et sensibilitatem amittunt, motibusque violentis atque prolongatis sese subducunt; incessus indè senum lentus, incertus et debilis. Corpus totum tabescit, volumen ejus mirum in modum in dies diminuitur, deprimitur textus cellularis, et frons senis corrugatur. Vasa lymphatica, pluribus in locis obstructa, mancæ fiunt eorum functiones. Digestio, secretiones, nutritio, nisi eâdem difficultate eodem impedimento perficiuntur. Systema tegumentarium durum, marcidum, inæquale, venis latis et amplis exaratum, sanguis enim niger cursum suum in vasis lentissimo modo, ob amissas et abolitas in hisce partibus proprietates vetales, peragens, ultrà capacitatem normalem canales distendit. Humores, factâ dulcium qualitatum jacturâ, acres, transpiratio sæpissimè fœtida, quod absque controversiâ probat œconomiam et vires vitales in dies legum chemicarum tributorias relinqui. Omnes sensus, excepto quidem gustu, insensibiliter obtundi et exsurdari. Odoratus principiis odoriferis insensibilis remanet; auditum incassùm feriunt voces harmonicæ; oculis nisi confusè ad mira naturæ convertuntur; tactus objectorum qualitates et rationes nisi modo imperfecto determinat. Sic gradatìm extinguuntur vita animalis et organica, donec tandem, vinculis totius machinæ ruptis, scena claudatur.

Haud secùs moralis imperium ruit ac physicæ. Facultates intellectuales mirum in modum adulterantur, memoria ad nihilum, ut ita dicam, reducitur, quocunque passu claudicat judicium, non amplius potest attentio quæ sustineatur, nec ad provinciam senilis ætatis pertinet imaginatio. Nequicquâm sensus hebetescentes et dejecti, cerebrumque induratum novis idcircò impressionibus percipiendis impar, objectis stimulantur. (1) *Il perd d'abord* (le vieillard) *la puissance d'assoir des jugemens, et bientôt après celle de*

(1) Richerand, Physiol., t. II, art. mort.

comparer, d'assembler, de combiner, de joindre ensemble plusieurs idées pour prononcer sur leurs rapports. Indè operationes mentis in dies lentore, hesitatione, insigniantur necesse est; inde caracter senis timidus, diffisus, ab omnique difficultate abhorrens; inde quies, umbra et silentium quibus indulget. Vitæ sensatio non amplius foràs extenditur, senex in semetipso veluti concentratur atque replicatur; voluptatibus inhabilis cur eas ultrâ sphæream suam activitatis expeteret? Avarus, sibi soli vivens, absconditus, pusilli animi, inimicus hominibus quorum fallaciam et improbitatem cognoscit, et quorum injurias plus simplici vice fuit passus, id duntaxat quærit quod sibi utilitatis et gaudii valuerit afferre. Frigidus est, taciturnus, semper ad antiqua et prægressa consilium referens, quorum delectatur memoriâ, et vitam jàm jàm relicturus quam plurimi adhuc facit, præsentis statûs obliviscitur, seipsum laudando rebus longè antè gestis. Id maximè notandum venit in senectute, quòd facilè memoriâ reposta nidulentur prævia facta, dùm quæ novissimè locum habuerunt, modo fugitivo et infideli conserventur. Insuper tenax evadit senex, incredulus, morosus, mœstus, mali suspiciosissimus. Veris animi pathematibus haud aliis conflictatur, nisi lucri et vitæ amore, cœtera reliqua mortua vel saltem magnopere refrigerata. Angitur tumultu, gaudium aversatur; verbo alia consilia, aliæ habitudines, consequentiam referunt inevitabilem tot et tantorum organismi metamorphoseon. Homo enim id non facit quod velit facere, fatis imperiosis sedat, ætatum torrente trahatur, quandoquidem necessitas omnibus in mundo, ei etiam imperat.

Multa senem circumveniunt incommoda, vel quod
Quærit, et inventis miser abstinet, ac timet uti;
Vel quod res omnes timidè gelidèque ministrat;
Dilator, spe lentus, iners pavidusque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor castigatorque minorum (1).

(1) Horatius, idem.

Pars 2.

DE NATURA PHYSICA ET MORALI RATIONE SEXUUM.

Quùm discrimina quibus uterque sexus tùm ratione physicæ, tùm moralis naturæ et præsertìm physicæ insignitur, nisi circâ pubertatis epocham explanatè pronuntiantur, de adumbrationibus adeò fugitivis ne verba moverim longiora consultum duxi. Scrutatoris tamen physiologi ea sensibus cadet differentia, quòd in genere et mollior et tenuior magisque delicatula sit puellularum constitutio quàm apud individuos mares ejusdem ætatis.

Quùm autem sexus ambo ad eum devenerunt statum quo eorum specialis et mutua determinatur perfectio, phœnomena notatu digna in apertum occurrunt quibus structuram utriusque physicam innotescamus datur. Tunc complexionem debiliorem et magis delicatulam fœminæ quispiam animadvertit; tunc videre est apud eam systema nervosum sensibilius et irritabilius quàm apud virum; musculi graciliores et flexibiliores; texus cellularis laxior et magis evolutus quâ dispositione oboriuntur in omnibus partibus hæc illæ molliores formæ atque rotundæ quibus rerum omnium conditor pulchriorem generis humani partem dimidiam decoravit. Vir musculis magis delineatis et robustis, minus succis adiposis et telâ cellulosâ refertis scatens, oculis virium emblema et potentiæ signa exponit. Fœmina tantis orbata virtutibus earum privationem redimit leporibus, flexibilitate, venustate partium quibus delectantur pulchritudini amantes. Vir membra musculosa et vegeta præbet.

Mais offre-t-il ces bras par l'amour arrondis (1)
Qui, s'étendant autour de la harpe savante,
L'enlacent mollement de leur chaîne vivante.

(1) Legouvé, Mérite des femmes.

In fœminâ massa encephalica parvam aliarum partium consistentiam participat, capacitas ejus minor ac in viro; textus cellulosus quo circumdatur et qui in ejus anfractuositatibus et intersticiis prorepit, amplior. Systema tegumentarium fœminæ tenuius ac hominis. Coma longior et flexibilior, ossa breviora ac minus evoluta in sexu sequiori; systema sanguiferum vi minori gaudet et energiâ, sanguis magis est aquosus et minus elaboratus ac in sexu masculino; pulsus minor et frequentior. Indè forsitan redundat hæc illa systematis nervosi excellentia ratione antagonismi inter duo ista systemata locum habentis. Functiones velociores sunt apud eam ob vim minorem, et majorem nervorum receptivitatem; apud eam femora et clunes ampliori capacitate, regiones iliacæ latioris intervallo propter majorem pelveæ cavitatis latitudinem, extremitatibus autem parvis, insigniuntur. (1) *La stature de l'homme outre une plus grande taille d'ordinaire est plus large en haut qu'en bas, et ressemble à une pyramide renversée. Dans la femme au contraire, la tête, les épaules, la poitrine sont petites, minces, serrées, tandis que le bassin ou les hanches, les fesses, les cuisses et les autres organes du bas-ventre sont amples, larges; ainsi son corps monte en pointe.*

Quoad differentias organorum generationi subministrantium, haud necessarium judico qui descriptionem illorum analyticam referam. In utroque sexu, tempore pubertatis evoluto, plurimarum in æconomiâ modificationum causam et ansam suppeditant hæc organa. Singulum enim organon pro suâ parte et ratione quas patitur impressionum, plus minùs in systema nervosum reagere videtur. Effectus affectionis localis sæpissimè per integrum organismum irradiantur. Quibus allatis liquet quòd organa generationis, ob summam quâ insigniuntur sensibilitatem, ob functiones eis à naturâ demandatas; magnas sint systemati sensitivo generali impressiones allatura. Inde observatur apud virum vocem mutationes sùbire, fortiorem atque rotundiorem evadere, omnesque partes novâ imprimi energiâ; apud fœminam systema

(1) Virey. Art. femme. Dict. des scient. med.

glandulosum haud secùs majori expansione evolvi. Præterea fœmina alium adhùc vitalitatis focum fovet non minus conservando et alendo conceptionis fructui necessarium quàm peculiaribus moralibus et instinctivis provocandis, nomine sublimi amoris materni, conspicuis. Quâ de qualitate ulteriùs mentionem sum injecturus. Reapsè uterus centrum sistit ex quo multiplices nervosæ irradiationes erumpunt, præsertim quum integrâ capacitate et vigore viget. (1) *Sans vives sensations rapportées aux viscères, sans mouvemens impétueux dans leurs tissus, la pensée ne produirait point ces actes extraordinaires qui caractérisent les passions.*

Jàm suprà dixi quòd natura moralis apud puellulas et puerulos non lineam limitationis valdè distinctam offerret, tamen quòd differentia quædam intersit negari non potest. Etenim certum est puellulas actionibus et caracteribus quibus earum sexus dignoscitur, esse insignes. Non tam sunt turbulentæ nec adeò in iram præcipites quàm pueruli; quarum inclinationes et occupationes minus strepites; ludus non hunc habent modum virilem, non illa præbent pericula quibus jàm lubenter obviam it sexus nobilior. Ille foràs tantummodò delectabitur, dùm puellula magis sedentaria diutius in interioribus domûs manere poterit. Illa generatìm est sensibilior, amantior; majori gaudet ingenii subtilitate et penetratione.

Quùm autem sexus, evolutione factâ physicâ, observatione philosophi atque physiologi digniores sese habent, phænomena et constitutio naturæ moralis apud unum et alterum merentur quæ exponantur. Discrimina quæ observantur in modo idæarum seu in animi pathematibus hominis atque mulieris, respondent illis quæ in illorum mutuo organismo designavimus. Certe magnam dari similitudinem et consentaneitatem in utriusque sexûs agendi modo nemo inficiabitur; illud ad naturam pertinet humanam; sed plurima reperiuntur sibi diametraliter opposita, quæ sexuum naturam pro causâ arguunt. Quùm enim mulier dissimiliter judicat de rebus quæ illi non pariter sunt utiles, aliter inter illas selectum faciat necesse. Illis duntaxat quæ ana-

(1) Broussais, Physiologie, 10 cahier, pag 269.

logiam colunt cum sibi necessariis, suisque facultatibus et viribus, operam confert. Omnia apud eam imbecillitatem; apud virum vim et dignitatem agnoscunt. Quâ de causâ mulier in præliis non obviam ruet periculis, non labores improbos et molestos adibit; domi reclusa, minus laboriosis et seriis studia dirigit; digitis subtilibus et delicatulis perperàm constringitur gladium. Non vulgo nitescit firmitate mentis, ingenii, sensuum tenacitate, attentione continuâ, quibus homo ad summum gradum incedit ornatus; terrent eam labores ingenii qui absque operosis meditationibus non valent confici. Quos seligit tractandos pertinent ad eos qui plus tactûs quàm scientiæ, plus velocitatis quàm virium, plus imaginationis quàm ratiocinii, exigunt. Sin autem dotibus et commodis homini dispertitis non gavisa fuerit, pars illi à naturâ concredita non exindè minùs placebit. Placere enim est mulieris partitio, et huic scopo non necessaria sunt intelligentiæ prodigia, sed elegantia, amabilitas, colloquii nitor; hæc omnia sexum fœmineum decorrantia. Nam mulieris qualitates sistunt proprias, grata cuncta, venusta, hæc argutè dicta, subtilis rerum æstimatio, judicium promptum et certum, condecentiarum sensatio, cordis humani observatio. (1) *Vainement l'art du monde couvre-t-il les individus et les passions de son voile uniforme: la sagacité de la femme y demèle facilement chaque trait et chaque nuance. L'intérêt continuel d'observer les hommes et ses rivales, donne à cette espèce d'instinct une promptitude et une sureté que le jugement du plus sage philosophe ne saurait jamais acquérir. S'il est permis de parler ainsi, son œil entend toutes les paroles, son oreille voit tous les mouvemens, et par le comble de l'art, elle sait presque toujours faire disparaître cette continuelle observation sous l'apparence de l'étourderie et d'un timide embarras.* Eximia sua sensibilitas mulieri fontem pretiosarum virtutum aperit; indè miseri tutium apud eam quàm apud hominem inveniunt præsidium; indè manat hæc angelica suavitas quæ nos devincit, hæc bonitas nobis arridens. Affectationes blandæ, amor, benevolentia, mulieri comites progrediuntur.

(1) Cabanis, Rapports du Physique et du Moral.

E magnâ sexûs amabilis irritabilitate et systematis nervosi susceptibilitate hæc profluit promptitudo quâ fit ut sibi invicem momento citius succedant impressiones, hæc propensio omnibus commoveatur, imaginationis mobilitas, quâ mediante, rerum quasi superficiei volitat; undè fortassè inconstantia quæ sexui sequiori vitio vertitur. Eâdem sensibilitate quâ natura uterum instruxit, impetus prosiliunt illi amoris materni, fit novarum illarum sensationum explosio quibus sublata mater, labores inauditos irrumpit, per aperta pericula ruit, pro conservando parvo individuo quem in lucem prodiit. Absque hoc mirando instinctu quomodò concipienda essent prodigia hæc illa inexhaustæ charitatis quæ poëta tàm jucundè depinxit?

S'éveille-t-il? Son sein à l'instant présenté,
Dans les flots d'un lait pur lui verse la santé.
Qu'importe la fatigue à sa tendresse extrême?
Elle vit dans son fils et non plus dans soi-même.
Et se montre aux regards d'un époux éperdu,
Belle de son enfant à son sein suspendu. (1)

Deniquè natura mulieribus dedit destinationem cui subripiantur impossibile. Si hominibus similes essent, si illarum caracter, mens, ingenium physicis qualitatibus non responderent, rerum rumperetur harmonia.

(1) Legouvé mérite des femmes.

TANTUM.

POSITIONES MEDICÆ.

I.

Status graviditatis non omninò usum vomitoriorum excludit.

II.

Cognitio statûs linguæ magis medico necessaria quàm illa pulsûs.

III.

Venæ non absorbent.

IV.

Falsam autumamus hanc illam propositionem Broussais: *le foie n'est affecté dans la goutte que consécutivement à une gastro-entérite concomitante. Prop.* CCXXXIV.

V.

Durante somno, vita organica non augetur, uti plurimi physiologi asserunt, è contra.

VI.

Antepono divisionem proprietatum vitalium à Bichato (in sensibilitatem animalem et organicam, in contrac tilitatem animalem et organicam conspicuam et in-

conspicuam) divisioni à Broussais adhibitam (in contractilitatem unicam, in sensibilitatem perceptam et non perceptam; quoad sensibilitatem, non adeò à contractilitate distinctam adspicit ut à se invicem sejungi debeant; adjicit sensibilitatem à diversis conditionibus contractilitatis regi, nec ordini quem occupat contractilitas esse adscribendam.)

VII.

Bilis non potius à venâ portarum quàm ab arteriâ hepaticâ et vice versâ, secerni mihi videtur.

VIII.

Admitto hanc propositionem Broussais. *Les inflamations intermittentes cèdent sans danger au quinquina et aux autres toniques administrés durant l'apyrexie, lorsquil n'y a pas de pléthore et lorsque les viscères principaux, et surtout les organes de la digestion, ne conservent aucune trace d'inflammation après la période de chaleur.* Proposit. CCCLXXIX.

Vidi et nihil quod Academiæ legibus adversetur reperi.

J.-E. VERBEECK, *h. t. F. M. Decanus.*